



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sapientissima Dei Mvndvm Regentis Gvbernatio; Ex qua  
pendent, quæ vulgò in Casv, Fortvna, Fato, Esse Pvtantvr**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1645**

§. 14. Per aduersa viam esse ad victoriam & coronam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52314](#)

cedinem versæ sunt. Per lignum, aquas dulces fecit, præfigurans gloriam & gratiam crucis, ait S. Augustinus. Poterat Deus, inquit S. Gregorius Nyssenus, solo verbo aquam potabilem facere, sed per lignum id voluit præstare, ut typum salutiferæ crucis indicaret. Itaque lignum crucis rerum tristium amaritatem in dulcedinem nobis vertit, quando perpendimus, exiguum nobis scyphum propinari de eo & absynthio, & aceto & felle, cuius tota maria exhausit Christus : qui non sine caussa dixit: *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* Addidit autem, quem ego bibiturus sum, Ut communicatione laborum, cum Christo, promtiores redderemur, ait os illud aureum. Quòd si Christum oportuit sic pati, & ita intrare in gloriam suam, nonne oportet etiam seruos illius, eadem viâ sequi? An? Domino felle saturato, mancipia, eius multum exigent? At *Dulcia non meruit, qui non gustauit amara:* &, sicut Paulus & Barnabas prædicauerunt: *per multas tribulationes, oportet nos intrare in regnum Dei.*

## §. X I V.

*Per aduersa. viam esse ad victoriam, coram.*

*Atque hoc octauum est inimica Fortune reme-*

S. August.  
quest. 53.  
in Exod.  
S. Greg.  
Nyssen.  
lib. de  
vita Mo-  
ysis.

Matt. 20.  
22.  
S. Chry-  
stost. ho-  
mil. 66.  
in Matth.

A& 14.  
22.

remedium, quod identidem Christus ipse  
**Matth. 5.** discipulis inculcauit: *Beati eritis, cum vos  
 II. persecuti fuerint homines, & dixerint omne ma-  
 lum aduersum vos mentientes, propter me, gau-  
 dete & exultate, quoniam merces vestra copio-  
 sa est in cælis.* In quæ verba Imperfecti ope-  
 ris author, ait: *Si miles periculum belli susti-  
 net, dum sperat victoria prædam; quanto magis  
 nos opprobria mundi non debemus timere, qui  
 regni cælestis præmia speramus?* Item: *Pensa-  
 te confusione hanc terrenam cum gloria illa  
 cælesti, & videte, si non multò leuius est, quod  
 patimini super terram, quam quod expectatis in  
 Exod. 15. cælo.* Hoc significabat iter Israëlitarum, qui  
**27.** priùs, per mare rubrum transire, quam ad  
 palmas, in terra Elim, peruenire, debie-  
 runt. Palma est cælestis gloriæ symbolum:  
**Apoc. 7.** qua de caussa vidit Ioannes multitudinem  
 beatorum innumerabilium palmas mani-  
 bus gestantium. Palmæ sunt signa victoriarum.  
 Victoria sine pugna non venit: quam etiam  
 in sanctis præcessisse, ibidem aperuit senex  
 unus beatorum palmam manibus gestanti-  
 um, nam ad Ioannem accedens dixit: *Hi qui  
 amicti sunt stolis albis, qui sunt, & unde vene-  
 runt?* cui Ioannes: *Domine mi, tu scis, & dixit  
 mihi: Hi sunt, qui venerunt de tribulatione ma-*  
gna,

gna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine Agni. Ideò sunt ante thronum. Per sanguinem igitur, aut per tribulationem, non quamcunque, sed per magnam, velut per mare quoddam Erythræum ac rubrum, itur ad palmas illas. *Nisi præcesserit pugna,* ait S. Cyprianus, *non potest esse victoria;* tunc datur vincentibus corona. Nam gubernator, in tempestate, dignoscitur. In acie miles probatur. Delicata iactatio est, cum periculum non est. Conflictatio in aduersis, probatio est veritatis. Arbor, quæ alta radice fundata est, ventis incumbentibus non imbuetur; & nauis, quæ forti compage solidata est, fluctibus pulsatur, sed non frangitur.

S. Cypri-  
an. serm.  
de mor-  
talitate.

### §. X V.

*Ad omne, cum Fortuna, certamen, à caelesti  
nos, gloria uti olim S. Adelgundem,  
excitari.*

Ita se fecisse testatur Apostolus dicens: 2. Tim. Bonum certamen certavi, cursum consumma- 4. 7.  
ui, fidem seruavi, nempe in carceribus, in fla-  
gris multis, in mortibus frequenter. Curita?  
quia in reliquo reposita est mihi corona iustitiae,  
quam reddit mihi in illa die iustus index: non  
solum autem mihi, sed & ijs, qui diligunt ad-  
uentum eius. Siquidem omnes, qui pie vo-

N lunt